

In cod. 2 secundum Mattarelli et Borrier de hac redtione sequen-
tia leguntur:

Anno 1184 die ^{9.} ~~X~~ (IV Bor.) Februarii, tempore Lucii pape et
Federico imperatore gubernante et venerabili (veneratione Bor.) Thome
episcopo Faventino (Faventie Bor.), populus Faventinus diabolico
instinctu afflatus et lucifera (luciferi Bor.) elatione repletus in
tentam prorupit (prorupit Bor.) audaciam, ut veniens in primis ad
precipuum et baptismalem sancti Petri ecclesiam granaria et cellaria
frangers, quantum vini et frumenti ejus accipere libuit, temerario ausu
auferre non dubitavit, et consimile hospitibus et hujus terre monasteriis
secundo arino (legendum arino?) adimplevit. Quo (Tuo Bor.) facto
predictus dominus Thomas episcopus cum suis fratribus ecclesiarum
violatores commonefaciens, quatenus ab incepta superbia et immani (inani
Bor.) contumacia resipiscerent (respicerent Bor.) et precepta ecclesie-
stica obedienter jurerent (entarent Bor.) ut que illicita (ut que qui ill.
Bor.) perpetraverant (perpetrati fuerant Bor.), catholice emendare
(emendari Bor.) viderentur. Hoc vero episcopus credens converti, et
sic de die in diem (expectans) benigne (ben. exp. Bor.) usque ad Ascensionem
domini, cum nullo modo ad cleri monitionem benignas aures preberet,
sed quasi derisum clero incederet, die Ascensionis predicta Vanathema

utq;
a quo

11